

*nis v. 1. Apoc. XX. 12. seq. quod excipiet alterum retributionis*  
*v. 2. 3. Matth. XII. 36. 2. Cor. V. 10. Utrumque significatur evolu-*  
*lutione libri vitæ ספר לחיים seu ad vitam, qui nihil est ali-*  
*ud, quam notitia & catalogus intelligibilis Electorum in mente*  
*divina 2 Tim. II. 19. ex prævisa nempe perseverantia finali in fi-*  
*de, meritum Christi apprehendente. Stilo Biblico ac Rabbinico*  
*dicatur ספר שר חיים וצדיקים memoriale viven-*  
*tium ac justorum הכתובים בשמים תוך העצמות*  
*אשר כתיבם על כבודם וצדיקים אדסכטורום in cælis. Luc. X. 20. Ebr.*  
*XII. 23. Illi an opponatur in sacris literis ספר למיתים liber*  
*Mortis, vel ad Mortem. הנכתבים שר רשעים impiorum*  
*scriptorum in terra. Jerem. XVII. 13. העצמות אשר כתיבם*  
*על כבודם וצדיקים אדסכטורום ad condemnationem, uti videtur C. Wa-*  
*fero & aliis quamplurimis, non liquet. suppositâ etiam in-*  
*credulitate reproborum finali à Deo præscitâ, Thomæ & passi-*  
*va Dd. sententia est, eos non conscribi qui repudiantur, sed qui eli-*  
*guntur. Et quod soli Electi propriè inscribi dicantur libro præsci-*  
*entiæ divinæ, Reprobi verò potius ex eo deleri, loquendo non de possi-*  
*bili, nec de usu Rabbinorum, sed S. sacrae, cum illos Deus norit scien-*  
*tiâ approbationis: hos autem scientiâ reprobationis, interprete*  
*Francisco Suaresio, auctoritate Apocal. III. 5. Ps. LXIX. 29. Exod.*  
*XXXII. eod.*

v. supple-  
 ment, p. 3.  
 Thom. q. 89  
 art. 7.  
 Jachiades  
 vocat ספר  
 החיים

de Antiq.  
 Mésur. Ebr.  
 l. 1. c. 6. p. 24.  
 T. 1. q. 24. a.  
 3. ad 3.

l. 1 de prz-  
 destin. c. 20.  
 n. 12.

append. cō-  
 ment. p. 102

in 1. Th.  
 d. 100. q. 24  
 a. 3. S. Bibli-  
 oth. sanct.  
 l. 2. p. 157.

§. 14. Quod autem Hugo Grotius adlerit, posse è libro vi-  
 tæ deleri nomina deficientium, non aliter ac è monumentis Urbium  
 proditores, transfuga, aliq̄, ἀτιμοί eraduntur, in eo fallus est.  
 Nam locutio illa geminum admittit sensum: Alterum Nega-  
 tivum, ut deleri idem sit quod non inscribi. quò pacto certum  
 est eos, qui finaliter à fide deficiunt, non fuisse inscriptos. sed  
 ita vacillat simile ejus quò utitur. Alterum positivum, ut in-  
 scripti libro vitæ denuo expungantur. Et hoc vel ex opinione  
 hominum tantum, quatenus sibi & aliis videbantur inscripti,  
 cum revera non essent. quæ Pp est expositio apud Gabrielem  
 Vasquesium & Sixtum Senensem. hoc modo innotescere, ali-  
 quem non esse inscriptum, est deleri: Et vi oppositorum, in-  
 notescere esse inscriptum, est non deleri. Vel ratione præscien-  
 tiæ divinæ, quæ in se infallibilis est ac indemutabilis, nec ul-

B lam